



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Reiffenstuel, Anaklet

Monachii, 1699

IV. An aliqui Tituli excusent ab Usura?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40206

Q U Æ S T I O I V.

An aliqui Tituli excusent ab Usura?

32. **Q**Uæritur I. An liceat aliquid in Mutuo ultra fortem <sup>Ratione lu-
ceti ceslan-</sup>
exigere ratione lucri cessantis, damni emergentis, vel ^{periculi fortis principalis amittendæ, ac hujusmodi}
periculi fortis principalis amittendæ, ac hujusmodi ^{periculi fortis principalis amittendæ, ac hujusmodi}
Resp. affirmativè, prout tenent Lessius *lib. 2. cap. 20. dubit. 12. &* ^{emergentis}
seqq. Layman, & alij factis communiter, paucis exceptis. Ratio est: ^{&c. an in}
quia spes lucri, qua se privat Mutuator in gratiam Mutuatarij, est ^{Mutuo pos-}
pretio æstimabilis (& idem dicendum de damno emergente, acgi? ^{fit quid esi-}
periculo amittendæ fortis principalis, & hujusmodi) ergo licitè
aliquid ratione ipsius exigi potest, ac talis compensatio in pactum
deduci. Hinc

33. Inferitur I. Quòd liceat aliquid ultra fortem accipere ^{Corollarium}
ratione lucri cessantis, si videlicet Mutuatori ex eo, quòd alteri ^{de lucro ces-}
mutuum det, lucrum abscedat. Veluti si mercator det mutuos ^{sante, &}
centum florenos, ex quibus alioquin fuisset negotiaturus, cum
spe, intra certum tempus lucrandi quinque alios florenos, po-
test istos à Mutuatario ultra fortem exigere: quia non dicitur pe-
tere Usuras, sed potius Interesse, & ne ipse mercator ratione mu-
tui dati ex lucro sibi cessante damnum patiatur.

34. Inferitur II. Etiam ratione damni emergentis posse ^{Damno}
aliquid exigi ultra fortem tanquam Interesse. si Mutuatoris reve- ^{emergente}
rà inter sit non mutuare: ut si mutuam des pecuniam, quam de-
stinaveras ad emendum frumentum tempore abundantia, &
postea pretio majori illud emere cogaris. Siquidem compen-
satio talis damni, Mutuatori emergentis, meritò in pactum de-
ducitur; cum nemo cum suo damno regulariter mutuare tenea-
tur, & soleat.

35. Verùm notant Doctores, istud intelligendum esse, dum ^{Limitatio}
modò mutuum verè sit causa talis damni emergentis, vel (lo- ^{præmissa-}
quendo de priori Corollario) lucri cessantis; neque plus exi- ^{tum,}
gatur ratione illius lucri cessantis, vel emergentis damni, nisi
quantum arbitrio boni viri, spectatis omnibus causis, atque cir-
cumstantijs, illud æstimetur: nam plus exigens, licèt propriè
non committat Usuram, eò quòd illud non exigat vi Mutui, ta-
men admittit injustitiam, pretium excessivum exigendo ratione
lucri cessantis, vel damni emergentis. Lessius *lib. 2. cap. 20. n. 96.*
Pithing *tit. de Usuris, n. 40. & alij.*

Recipi ali-
quid ultra
fortem tan-
quam
Interesse,
quid?

36. Sciendum insuper, illud, quod in ejusmodi casu exigitur ultra fortem, sive Summam capitalem, non accipi veluti Usuram (hoc est, vi mutui) sed tanquam *Interesse*. Aliud siquidem est, mutuum; aliud, lucrum cessans, vel damnum emergens occasione mutui dati: unde quamvis mutuum debeat dari gratis, sicque pro mutuo secundum se præcisè spectato nihil supra fortem exigi possit; adhuc tamen mutuans potest aliquid exigere, vel lucrum inde sibi cessans, vel damnum emergens compensetur: *Ne dispendium patiat, unde videtur premium meruisse*, arg. c. Pervenit, de Fidejussoribus. Et hoc in Jure vocatur *Interesse* prout notat Glossa c. Quoniam. 14. q. 4. atque desumitur ex l. Si commissa. ff. Rem ratam habere, ibi: *Intantum competit, in quantum mea interfuit, id est, quantum mihi abest, quantumque lucrari potui*, cum concordantibus.

Corollarium
de periculo
amittendi
fortem, aut
eam diffi-
culter recu-
perandi.

37. Infertur III. Similiter ob probabile periculum amittendi fortem principalem, cui Mutuator se exponit mutuans homini non satis noto, vel non induitrio, aut pluribus debitis obstricto, vel dubiæ fidei: item ratione difficultatum, aut expensarum quæ in recuperanda forte principali metuuntur, licet aliquid ultra fortem exigi. Ratio est: quia exponere res suas periculo in gratiam alterius, aut subire difficultatem eandem acquirendi, est quid precio æstimabile; cum nemo teneatur gratis pro altero curas suscipere, aut res suas periculo exponere. Deinde Usura non fit, nisi exigendo aliquid ultra fortem vi mutui: atqui hoc non fit in casibus præmissis; ergo.

An in mu-
tuo possit
pacisci de
pœna sol-
venda, &c

38. Quæritur II. Utrum in Mutuo sit licitum pacisci, quod si Mutuatarius statuto tempore non solverit mutuum, teneatur certam pœnam solvere ultra fortem principalem? Resp. affirmativè, cum Scoto 4. dist. 15 q. 2. §. de secundo, & alijs passim. Ratio est. Tum quia talis pœna imponitur, atque exigitur ad hoc, ut Mutuatarius hac ratione quasi constringatur ad fortem principalem statuto tempore reddendam, & ne culpâ suâ impune fallat. Tum quia ea non solvitur præcisè vi mutui, sed ob moram, sive culpâ non solvendi mutuum: siquidem debitor, qui est in mora culpabili, peccat contra Justitiam, retinendo alienum invito domino; ac proinde is justè punitur pœnâ conventionali.

Pœnam ne-
mo potest
imponere,
nisi Superior,
et quomodo?

39. Dices. Nemo potest alteri pœnam imponere, nisi Superior; ergo. Resp. distinguendo ad usuratum. Nemo potest pœnam legalem, atque judicialem imponere, nisi Superior, conceditur: nemo, nisi Superior, potest imponere pœnam con-
ven-

ventionalem, negatur. Hæc siquidem ex pacto, & mutuo paciscentium consensu, atq; conventionem proficiscitur, juxta quod *Reg. 86. Juris in 6.* dicitur: *Contractus ex conventionem legem accipere dignoscuntur, cum concordantijs: prior autem vel ab ipsamet lege, vel ab autoritate Superioris, v. g. Judicis descendit, & ad eam potest obligari etiam invitus, sed non nisi per Superiorem.*

40. Quæritur III. An pro sola carentia pecuniæ possit in Mutuo quidpiam exigi? Resp. negativè. Siquidem carentia illa pecuniæ ad aliquod tempus, est intrinsicæ & essentialis mutuo; ergo sicuti pro mutuo, ita & pro illa carentia, nihil licitè exigitur. Hinc Alexander VII. anno 1666. jure condemnavit hanc ordine 42. Propositionem: *Licitum est mutuantis aliquid ultra sortem exigere, si se obliget ad non repetendam sortem usque ad certum tempus.* Nam fallitas hujus Propositionis patet ex proximè allata ratione. Similiter meritò Innocentius XI. sequentem inter alias, ordine 41. Propositionem damnavit: *Cum numerata pecunia pretiosior sit numerandâ, & nullus sit, qui non majoris faciat pecuniam presentem, quam futuram, potest creditor aliquid ultra sortem a mutuatario exigere, & eo titulo ab usura excusari.* Ita sonat Propositio damnata.

Pro sola carentia pecuniæ nihil potest exigi.

41. Nec urget, quòd pecuniâ præsens, seu numerata videatur pretiosior numerandâ. Resp. enim, hoc non accidere ratione pecuniæ secundum se præcisè spectatæ, sed quatenus præsens pecunia est utilis ad negociandum, lucrumque quærendum &c. Alioquin considerando pecuniam secundum se præcisè, atque independentem à lucro cessante, & secluso omni damno emergente, periculòque amittendi sortem principalem, & difficultate istam recuperandi, tantundem est, pecuniam jacere in propria, vel alterius cista. Quinimò securitè pro parte mutuantis manebit pecunia illa apud Mutuatarium, ut si furto, aut alio casu inopinato pereat, damnum Mutuatario emergat, non mutuantis; qui eam postea statuto tempore absque alia difficultate (cui supponitur) integram recipiet.

Solutio ob-jectio.

42. Neque etiam obstat *Reg. Minus. 205. ff. de Regulis Juris*, ibi: *Minus est, actionem habere, quam rem.* Nam, ut rectè notat Glossa ibidem, id procedit ratione dubij eventus executionis, & sententiæ incertæ, nec non & difficultatis in prosequenda actione intervenientis: alioquin enim seclusis similibus periculis, & incommodis, locum habet *Reg. Qui actionem. 15. ff. eod.* asserens: *Qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur.*

Minus est, actionem habere, quam rem quomodo?

Ad auctori-
tate Princi-
pum supre-
morum possit
in Mutuo
aliquid ex-
gi ultra
sortem?

43. Quæritur IV. An auctoritate Principum supremorum, vel consuetudine Provinciarum, possit in Mutuo quidpiam exigi ultra sortem? Ratio debicandi est: quia in primis Jure Civili videtur hoc concedi, ut *l. Placuit. ff. de Usuris*, ibi: *Placuit, licitas usuras posse peti*: junctâ *l. Eos qui. C. eod.* cum concordantijs. Deinde id convincere videtur praxis totius Romani Imperij, post Recessum Deputatorum Imperij Spiræ, Anno 1600. celebratum, & à Rudolpho II. confirmatum, quinque pro centum mutuo datis annuatim recipiens. Tandem Princeps supremus ob dominium alium potest per commune Statutum, seu Legem, aut etiam Rescriptum, ex causa justa & publica transferre dominium rerum quarundam ab uno in alterum, ut patet in Præscriptione; ergo idem potest fieri in moderatis Usuris.

Potest lege
Usuris sta-
tui modus;
non tamen
ex reddi li-
citas.

44. Resp. I. Quamvis valeat lex, quæ ad vitandum majus malum statuat certum modum Usuris, nè videlicet Usurarij sub aliquo prætextu lucri cessantis, vel damni emergentis &c. nimium à debitoribus extorqueant: nullâ tamen lege, vel consuetudine Provinciarum, possunt Usuræ reddi licitæ. Prima pars est communis Doctorum; eamque tradit Engel *tit. de Usuris, num. 10.* Sic enim Usuræ non approbantur ut licitæ, sed permittuntur dumtaxat, ac nimius excessus earum cohibetur. Altera pars sequitur ex dictis *num. 15. & seqq.* quia Usuræ sunt prohibitæ Jure Divino & naturali, cui nullâ lege positivâ, vel contrariâ consuetudine derogari potest, *arg. cap. ult. de Consuetudine.*

Jure Civili,
an appro-
bentur Usu-
ræ?

45. Ad rationes dubitandi, & in primis ad textus Juris Civilis dicitur, de mente Juris Civilis varias esse Doctorum sententias: nam nonnulli volunt, Jure Civili esse quidem permissas Usuras, in quantum eas non punit, ad evitanda majora mala seu peccata; non tamen approbari tanquam licitas: prout simile quid contingit in publicis lupanaribus, & quibusdam alijs. Alij Jus Civile explicant de Usuris (ut vocant) compensatorijs, quidpiam ultra sortem exigentibus ratione lucri cessantis, damni emergentis, vel alterius justî Tituli: non verò de Usuris lucrativis, hoc est, de ijs, in quibus exigitur lucrum vi mutui ultra sortem principalem. Quod si verò Leges Civiles permitterent Usuras hæcæ lucrativas, dicendum, eas, seu foventes peccatum, esse correctas Jure Canonico, *Clem. un. de Usuris.*

Quid cen-
sendum de

46. Ad Recessum Spirensis, & praxin Germaniæ, responderet Engel *loc. cit. num. 10.* post Henricum Canisium *de Usuris, cap.*

cap. 1. num. 9. jure Imperij quinque pro centum tantum permitti ex praesumptione lucri cessantis, damni emergentis, aut alterius justitituli; unde communiter Summa illa dicitur peti, & accipi per modum Interesse. Ac proinde, si pecunia revera fuisset otiosa apud mutuantem, & nihil intersit eam mutuo dari, volunt plerique (inquit Engel) talem non fore immunem ab Usura in Foro conscientiae, ubi non ex praesumptione, sed ex veritate proceditur.

praxi Ro-
mani Impa-
rij, exigente
quinque pro
centum?

47. Dicitur notanter, volunt plerique. Nam propter ultimam rationem dubitandi num. 43. allatam, conantur aliqui hanc consuetudinem ab Usura excusare, eo quod excessus ille non recipiatur praecise vi mutui (hoc enim repugnat Juri naturali, ac Divino) sed ob auctoritatem Supremi Principis, seu Reipublicae, propter publicam utilitatem ob dominium altum validantis tale pactum. Ita Christoph. Havnoldus tom. 3. de Just. & jure, tract. 9. cap. 3. §. 8. citans Saenz Contractus, n. 4. & Tannerum tom. 3. disp. 4. quaest. 7. dub. 3. n. 79.

Aliorum opi-
nio refer-
tur.

48. Additur etiam num. 46. aut alterius justitituli. Siquidem praeter lucrum cessans, aut damnum emergens, possunt intervenire nonnulli alij justitituli, annuatim accipiendi quinque, v. g. pro centum, ac praesertim sequentes. I. Ob contractum societatis, sive expressum, sive saltem implicitum, ac lege publicae, vel consuetudine patriae constitutum, in quo unus pecuniam, alter vero industriam confert: nam justum est, ut si alius mediante mea pecunia negotietur, lucrumque honestum acquirat, virtute talis contractus Societatis mihi partem lucri attribuat. Engel tit. De Usuris. §. 3. num. 11. Hoc ipsum plures Doctores concedunt etiam de illo contractu Societatis, quo quis salva sorte principali, ac potestate dissolvendi pro libitu contractum ipsum, dat mercatori pecuniam, ut is instituta negotiatione, sive lacrum inde capiat, sive damnum patiat, in annos singulos teneatur certum quid solvere, v. g. quinque pro centum; ita tamen, ut soluto illo modico alter velit, debeaturque semper esse contentus, non considerato majori lucro, si quod inde mercatori advenerit. Layman lib. 3. tract. 4. cap. 18. n. 11. post Holtiensem, Navarrum, Covarruviam, & alios. II. Ob contractum Censuum, si debita conditiones concurrant, posse annuam pensionem juste exigi, amplius patebit ex proximè dicendis Quaest. Censuum. 6. per totum.

Alij justitituli, hanc praxin excusantes. I. Ob contractum Societatis.

II. Ob contractum Censuum.



Regula pra-
ctica circa
justitiam
Contractuum.

Et quidem passim fatentur Doctores, contractum in aliqua Regione usitatum, & à Viris etiam probis atque honestis celebrari solitum, non facile condemnandum esse iniquitatis; simulque ex parte rudiorum sufficere, si implicitè intendant justum talem Titulum, unde consuetudo illa ortum habuit; aut velint contrahere modo, quo de jure possunt, meliori. Quòd si quis autem ex mutuata pecunia sua lucrum quærat præcisè vi Mutui, id nullà ratione potest à peccato excusari; cum repugnet Juri naturali, ac Divino.

QUÆSTIO V.

De Pignore, & Hypotheca; ubi & de Antichrifi, & Pacto Legis Commissoriae.

Pignus, unde sic dicitur?

49. **P**ignus appellatur à pugno, quia res, quæ pignori dantur, manus (seu pugno) traduntur: unde etiam quidam putant, pignus proprie rei mobilis esse; prout notatur l. Plebs. ff. de Verb. signif.

(c) Quæst.

1. n. 2.

Quomodo differat ab Hypotheca?

Porrò Pignus accipitur vel pro re ipsa in Pignus data, vel pro contractu, ac resultante inde obligatione Pignoris, ut in simili dictum superius de Mutuo. (c) Differt autem Pignus ab Hypotheca, quòd pignus proprie dictum sit rei mobilis, creditori à debitore traditæ, ad præstandum securitatem de solvendo debito, vel adimplendo promisso: Hypotheca verò sit rei immobilis; ut si alteri in securitatem solvendi debiti hypothecetur ager, domus, vel hujusmodi res immobilis. De cætero Pignus, & Hypotheca, pari fermè passu ambulant; & quod dicitur de uno, servatà proportionem intelligendum est de altero. Quinimò allata quoque attribuitur rei etiam immobili, quæ traditur creditori, arg. l. 2. ff. de Religiosis & sumptibus funerum, ibi: Qui pignori dedit agrum. Circa quod

Pactum Antichrifeos, quid?

Est regulariter illicitum.

50. Quæritur I. An Pactum Antichrifeos sit licitum, nec ne? Ubi sciendum est, Antichrifi esse pactum inter creditorem & debitorem, ut creditor tamdiu pignore uti, & fructus ejus lucrari possit, donec debitum sibi restitutum sit. Quo prænotato,

51. Resp. Cum communi, pactum Antichrifeos regulariter esse illicitum, ac usurarium. Ratio est: quia alioquin creditor ultra pecuniam, quam mutuò dedit, aliquid lucrabitur causa solius Mutui, quæ est Usura; siquidem in tali casu creditor lucrare-